



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Cap. I. Vtrum homini ad quamlibet veritatem naturalem cognoscendam
gratia necessaria sit in omni statu, præsertim naturæ lapsæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)



LIBER PRIMVS

DE NECESSITATE GRATIÆ AD PERFICIENDA OPERA MORALITER BONA OR- DINIS NATURALIS, ET AD CON- TRARIA PECCATA VITANDA.

PRÆLVDIVM.



INCIPIMVS tractare questionem, An gratia sit? quæ à Theologis omnibus præsertim D. Thoma, & interpretibus 1. 2. q. 109. ex illius necessitate inquiritur. Duobus autem modis aliquid esse solet necessarium, vno modo per se, & absolute, alio modo in ordine ad

aliquem finem: in præsentem ergo supponitur, gratiam non esse priori modo necessariam, nec questionem in hoc sensu tractari. Quia gratia si increata sit, sub ea ratione est aliquid liberum in Deo, & consequenter non potest esse absolute necessaria, quia quod est liberum, non est necessarium. Si vero sit creata, eo ipso absolute necessaria non est, quia nulla creatura est per se necessaria. Neque etiam est gratia simpliciter necessaria humanæ naturæ absolute spectatæ, quia non est proprietatis necessario consequens illam, & quia sine illa esse potest, & conservari. Necessitas ergo gratiæ consideranda est in ordine ad aliquem finem, & in hoc sensu quæstio tractatur.

Vt iterum vero hæc etiam necessitas duplex distingui solet, scilicet absolute, & simpliciter, quæ sola est vera necessitas; & secundum quid, seu ad melius esse, quæ proprius est utilitas: quam diuisionem alijs verbis tradit Aug. libr. De Gestis Palæstin. cap. 1. Igitur in præsentem priori modo præcipue à Theologis sumitur. Tum quia ex necessitate absoluta efficacius concluditur existentia gratiæ. Quia diuina prouidentia non deest hominibus in his, quæ simpliciter necessaria sunt ad finem consequendum; vt iustitia vero non semper confert. Tum etiam quia sub necessitate simpliciter includitur utilitas, non autem è conuerso. Vnde si gratia est simpliciter necessaria, etiam erit utilis, & dari poterit, vel ex ordinaria prouidentia, vel ex Dei liberalitate, & ita explicata necessitate, à fortiori utilitas gratiæ declarabitur.

CAPVT I.

Vtrum homini ad quamlibet veritatem naturalem cognoscendam gratia necessaria sit in omni statu, præsertim natura lapsa?



DUPLEX est cognitionis species, quædam speculatiua, quæ in sola veritatis contemplatione, & cognitione sistit, alia practica, quæ ad opus refertur inclinando, & inducendo affectum: in præ-

Duplex necessitas, videlicet per se, aut in ordine ad aliquem finem.

Uterius illud necessitas duplex, scilicet absolute, & simpliciter, quæ sola est vera necessitas; & secundum quid, seu ad melius esse, quæ proprius est utilitas: quam diuisionem alijs verbis tradit Aug. libr. De Gestis Palæstin. cap. 1.

Ad præsentem priori modo præcipue à Theologis sumitur. Tum quia ex necessitate absoluta efficacius concluditur existentia gratiæ. Quia diuina prouidentia non deest hominibus in his, quæ simpliciter necessaria sunt ad finem consequendum; vt iustitia vero non semper confert. Tum etiam quia sub necessitate simpliciter includitur utilitas, non autem è conuerso. Vnde si gratia est simpliciter necessaria, etiam erit utilis, & dari poterit, vel ex ordinaria prouidentia, vel ex Dei liberalitate, & ita explicata necessitate, à fortiori utilitas gratiæ declarabitur.

Hoc libro tractatur de necessitate gratiæ ad opera naturalia, & in sequenti verò de eiusdem necessitate ad opera supernaturalia. Omnia vero moralia opera ad actus intellectus, & voluntatis reuocantur, de his ergo dicemus, & quia radix huius necessitatis non est eadem in omnibus statibus superioribus libro explicatis, ideo de singulis dicere necessarium erit.

De cognitione speculatiua, quæ in sola veritatis contemplatione, & cognitione sistit, alia practica, quæ ad opus refertur inclinando, & inducendo affectum: in præ-

Veritas naturalis, quæ

1. Opinio.

2. Eius fundamentum

Secundum.

Tertium.

Quartum.

3. Opinio 2. de gratia Dei & Christi distinguens.

Ratio prioris membri.

4. Ratio posterioris.

in presenti de priori tractamus; de posteriori vero capite sequenti dicemus. Vocamus autem in presenti naturalem veritatem omnem illam, quæ ad ordinem naturæ spectat, & per se loquendo sine reuelatione speciali, ministerio sensuum acquiritur, & per species rerum quæ illis obijciuntur, proportionem habet cum lumine naturali intellectus, & sub obiecto illi proportionato comprehenditur. De huiusmodi ergo veritatibus fuit quorundam opinio negans, posse hominem præsertim lapsum sine gratia aliquam ex his veritatibus percipere, & sine errore consequi. Refert D. Thom. in 2. dicit. 28. q. 1. ar. 5. tribuitur etiam Gregorio, & Capreolo, qui in alio sensu locuti sunt, quanquam ex eorum principijs hoc etiam sequi videatur, vt postea videbimus. Fundamentum huius sententiæ esse potest primo, quia cuiuscunq; veritatis cognitio est donum Dei, alias haberet homo vnde gloriari posset, contra Paulum. 1. ad Corinth. 4. *Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti?* Secundo quia concilium Mileuit. cap. 4. indicat, scientiam esse donum Dei, & assertit illud Psal. 93. *Quis docet hominem scientiam.* & August. cap. 22. ait, *tam veritatem, quam iustitiam esse ab illo fonte, quem in eremo scire debemus.* Tertio quia homo lapsus contraxit ignorantia vulnus; vt ait D. Thom. 1. 2. q. 85. art. 3. cum Beda Luc. 10. & August. lib. 1. Retr. cap. 9. & lib. 22. de Ciuit. cap. 22. ergo minus potest veritatem naturalem cognoscere, quam in pura natura; ergo nullam veritatem potest per se cognoscere. Quarto quia alias sicut homo posset vnam veritatem cognoscere; posset omnem, atque ita semper attingere veritatem ita, vt nunquam erraret, quia non est maior ratio de vna veritate, quam de omnibus. Consequens autem videtur plane falsum; ergo omnino dicendum est, non posse hominem sine gratia Dei vllam veritatem cognoscere.

Secunda opinio est aliorum, qui distinguunt inter gratiam Dei, & gratiam Christi, & affirmant sine gratia Christi posse hominem scire, seu cognoscere non tantum singulas, sed etiam omnes veritates naturales collectiue sumptas, vt aiunt, & sine errore; negant autem sine gratia Dei posse vel vnam veritatem cognoscere, etiam si mere speculatiua, & naturalis sit. Vnde iuxta hanc sententiam gratia Dei necessaria est ad omnes, & singulas veritates cognoscendas; gratia autem Christi, neque ad omnes, neque ad singulas.

Fundamentum vero alterius partis huius sententiæ est, quia hæc gratia non datur nobis propter Christum, atq; ita non est gratia Christi: assumptum probatur, quia tantum illa gratia datur nobis propter Christum, pro qua obtinenda ille mortuus est: illa vero non est talis: quod probat, quia Christus non est mortuus, vt philosophi, vel mathematici efficiuntur, sed vt sanctificemur, & glorificemur, iuxta modum loquendi Augustini epist. 105. Illa vero gratia non datur ad salutem animæ, sed tantum ad aliquam veritatem philosophicam, vel mathematicam,

aut aliam huiusmodi cognitionem: ergo talis gratia non est ex Christo, neque pertinet ad ordinem gratiæ sanctificantis, sed est quædam gratia gratiæ data à Deo sine intuitu meritorum Christi. Quæ ratio non solum probat de gratia necessaria ad singulas veritates, sed etiam ad omnes similes collectiue sumptas, & ideo non solum singule, sed etiam omnes poterunt sine gratia Christi cognosci, non vero sine gratia Dei. Nam si vna, vel altera non potest cognosci sine gratia Dei, multo minus omnes.

Vt autem veram, & communem sententiam declararem, suppono, hic non esse sermonem de habituali gratia, quæ sanctificat hominem, quia per se euidenter est illam non esse necessariam ad effectum, de quo nunc tractamus, quia hic nullo modo attingit illum ordinem, neque per se requirit amicitiam cum Deo. Et hoc maxime probat testimonium Augustini. 1. Retr. cap. 4. quod adducit D. Thomas. 1. 2. q. 109. mo hic de art. 1. in argument. Sed contra, vbi retractat, quod dixerat lib. 1. Solilo. 9. c. 2. in princ. *Deus, qui non nisi mundos verum scire voluisti.* Hoc ergo non approbat in dicto loco, quia responderi potest, multos non mundos multa scire vera: Sicut autem philosophi non solum iniusti, sed etiam infideles, vt Aristoteles, & similes multa vera cognouerunt sine gratia sanctificante. Verisimile autem est, eos fuisse à Deo peculiari modo ad istarum veritatum cognitionem, quanuis sanctificantem gratiam non haberent. Est ergo quæstio de gratia auxiliante, quæ vt nunc breuiter suppono, duobus modis iuuare potest, scilicet, vel tanquam principium physicum, & per se nostri actus, vt iuuat lumen fidei ad suos actus, vel tanquam principium accidentarium physice, per se autem morale, vel, vt sic dicam, artificiale, sicut magister iuuat discipulos ad sciendum. Hæc autem posterior duobus modis adhiberi potest, scilicet, vel tantum extrinsece, vt fit per humanam doctrinam, & per applicationem sensibiliu obiectorum, vel etiam intrinsece peculiari modo illuminando, vel phantasmata dirigendo, vel ipsum intelligibile obiectum melius applicando.

Dico primo, ad cognoscendas veritates naturales diuine, seu sigillatim sumptas non est necessaria specialis gratia Dei, vel Christi etiam in statu lapsæ naturæ. Hæc est communis sententia, vt referam locis citatis. Nam licet dicat esse necessarium auxilium Dei mouentis ad singulas veritates cognoscendas, per illud auxilium intelligit concursum generalem Dei, vt Caiet. & alij omnes intelligunt, quia loquitur de auxilio necessario ex vi essentialis dependentiæ in operando causæ secundæ à prima, illud autem non est, nisi concursus generalis, qui vt datur ad actiones naturales, non est gratia, vt constat ex dictis in præcedenti libro cap. 1. & in sequentibus hoc latius ostendetur. Probatur ergo conclusio primo ex Paulo ad Rom. 1. & 2. dicente, etiam de Deo multa naturaliter cognosci posse, vt Patres ibi interpretantur, nec refert, quod ibidem ait Paulus, *Quod notum est Deus, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit.* Dicitur enim illis manifestasse non speciali reuelatione, aut gratia, sed per creaturas, vt cum gloss. exponit D. Thom. ibi, & in 2. dist. 28. quæst. 1. artic. 5. ad 2. sic etiam Psal. 18. dicitur, *Celi enarrant gloriam Dei,* & Actor. 14. *Non sine testimonio reliquit semetipsum beneficiens de celo, dans pluuia, & tempora &c. & Sapient. 13. Magnitudine speciei, & creature cognoscibiliter poterit creator horum videri.* Propter quæ grauius à Theologis reprehenditur opinio aliquorum Nominalium negantium naturalem cognitionem Dei, saltem quoad aliqua attributa eius, quæ Paulus notum Deo appellat. De quare in Metaph. disput. 28. & 29. dictum est, & tradit solet in principio primæ partis: & late Cardin. Bellar. libro 4. de grat. & libero arbitrio cap. 2. Igitur cum de Deo ipso naturaliter, & sine gratia cognosci possit

Non est hic gratia sanctificante, sed de auxiliante.

Duplex modus auxiliandi.

5. Communis assertio.

Probatur per Paulum.

Non opinio scitur.

possit aliqua veritas, multo magis de alijs rebus poterit. Præterea sumitur hæc sententia ex varijs locis Augustini. 1. Confess. cap. 7. & de Spirit. & lit. capit. 12. & Sermo. 55. de Verbis Domini. Sed optimus locus est lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. circa finem, ubi ait, Non solum bonum ingenium, sed etiam honestas, & viles disciplinas interdum comparati ante gratiam salutarem, id est, ante primam gratiam Dei excitantem, & adiuuantem: quid quid autem antecedit hanc primam gratiam, per vires naturales fit, quia ante primam gratiam auxiliantem non est alia prior; ergo.

^{6.} Tertio argumentor, quia homo in puris naturalibus conditus naturaliter posset singulas veritates cognoscere; ergo etiam potest nunc homo lapsus. Consequentia nota est ex dictis in præcedenti libro, ubi ostendimus, hominem in natura lapsa habere æquales vires naturales cum homine in pura natura. Antecedens autem videri quidem per se manifestum, quia vnaquæque res habens vires naturales, quas naturaliter postulat, potest efficere actionem sibi connaturalem, quia ut operatio talis sit, oportet, vt naturales vires non excedat. Item quia obiecta sensibilia, ex quibus naturales veritates cognosci possunt, per ordinarium cursum causarum naturalium possunt homini offerri medijs sensibus, & intellectus agens potest naturaliter efficere species proportionatas huic cognitioni, & intellectus possibilis habet naturalem vim effectiuam illius cognitionis, & naturalem capacitatem eius; ergo habet homo naturalia principia sufficientia ad talem actum; ergo ad illum non est simpliciter gratia necessaria.

^{7.} Quidam vero modernus Scriptor differentiam in hoc constituit inter naturam lapsam, & non lapsam, quod non omnes veritates naturales, quæ sunt proportionata humano intellectui in natura non lapsa, sunt proportionatae intellectui hominis lapsi. Rationem reddit, quia in statu naturæ lapsæ intellectus est vulneratus, & ideo non habet proportionem cum omni cognoscibili per naturam, quod secus est in homine non lapsa. Vnde fit, vt homo in natura lapsa (ex illius authoris sententia) non possit cognoscere omnes veritates naturales proportionatas naturali intellectui humano per se spectato, & secluso peccato originali, non tantum omnes collectiue, quod est clarum, vt statim dicam, verum etiam nec diuisiue, seu singulatim sumptas: & in hoc constituit differentiam inter hominem in statu naturæ integræ, & lapsæ, quod homo in natura integræ potest cognoscere omnes veritates diuisiue, licet non collectiue; in lapsa vero natura neque primum potest. Et licet eandem differentiam expresse non constituat inter hominem lapsum, hominem in pura natura, tamen idem de illis intelligit, quia fundamentum eius ibi habet locum. Nam etiam in pura natura homo non haberet intellectum vulneratum, sicut ipse prius dixerat. Hæc vero doctrina ex eisdem principijs rejicitur facile, quia homo lapsus eandem habet vires intellectus, quas homo purus haberet, vt supra ostensum est. Vnde omnes veritates, quæ singulatim sumptæ essent proportionatae naturali ingenio hominis in pura natura, sunt nunc etiam proportionatae homini lapsa. Et ratio in promptu est, quia homo per lapsum nullum habitum erroneum, aut prauum in intellectu acquirit, nec intellectus ipse in se fuit diminutus, nec lumen eius remissum, nec sensus exteriores, vel interiores fuerunt perturbati, aut aliquo modo impediti, ne ita possint ministrare intellectui, sicut in pura natura valerent, ergo omnia obiecta proportionata intellectui humano ante peccatum, sunt etiam proportionata post peccatum; nulla ergo est in hoc differentia, sed in vtroque statu potest omnes has veritates singulatim sumptas naturaliter cognoscere. Nec obstat vulnus ignorantia, quia hoc tantum positum est in priuatione fidei, & omnium dono-

rum gratiæ ad intellectum pertinentium, & in priuatione omnium donorum, vel auxiliorum, quibus specialiter iuuaretur homo in statu naturæ integræ, etiam ad cognoscendas veritates naturales. His autem omnibus careret etiam homo in pura natura, sed tunc illa carentia esset negatio pura, nunc vero est etiam priuatio, & ideo nunc est vulnus, & tunc non esset, non tamen propterea nunc magis impedit, vel minuit vires, vt latius in lib. 1. declaratum est.

Denique assertio declaratur in hunc modum, quia vel gratia esset necessaria vt principium physicum, & per se talis actus, vel solum ex parte obiecti applicando illud, aut tollendo impedimenta, aut alio modo illustrando obiectum, nihil autem horum est verisimile; ergo. Probatur minor quoad priorem partem, quia in intellectu humano est ex parte potentia sufficiens vis actiua in ratione principij proxime, & physici talis actus, & licet indigeat concursu obiecti per speciem, illam potest naturaliter acquirere, vt constat; alio autem principio non indiget. Nam licet iuuari possit per habitum, illud adiuutorium non est simpliciter necessarium, ideoque secundum connaturalem modum operandi non supponitur habitus ad talem actum, sed potius è conuerso; quia talis habitus non comparatur, vt homo possit, sed vt facilius hoc præstet, ideoque necessaria non est aliqua alia virtus actiua, quæ absentiam habitus suppleat. Non potest ergo cogitari aliquod principium physicum, quod sit necessarium intellectui ad elicendum illum actum per modum causæ proximæ, nam de concursu causæ primæ nunc non dubitamus. Altera vero pars de gratia quasi per accidens adiuuante subdistingui potest: nam vel hæc est aliqua gratia interna, & hæc sine dubio necessaria non est, quia neque reuelatio diuina, neque aliqua interna illuminatio, quæ per obiecta sensibilia fieri non possit, necessaria est, quia hæc supernaturalia sunt, modus autem cognoscendi naturales veritates est connaturalis homini. Vel est solum exterior gratia, seu specialis prouidentia, quæ tollat impedimenta, & offerat conuenientia obiecta; & hoc etiam dici non potest, quia communis actio causarum secundarum, si Deus illarum motus ordinarium cursum tenere sinat, & cum eis concurrat, de se sufficere potest ad huiusmodi obiecta proponenda. & impedimenta non semper occurrunt: ergo nulla gratia est simpliciter necessaria. Quod magis respondendo ad argumenta declarabitur.

Dico secundo. Ad cognoscendas omnes veritates naturales collectiue sumptas, & præsertim ad eas cognoscendas sine admixtione erroris, vel deceptionis aliqua gratia, vel specialis directio, & protectio Dei in statu naturæ lapsæ necessaria est. Assertio communiter recepta est, & nullus potest de ea dubitare, qui fragilitatem hominis lapsi, & impedimenta corporis ad actiones mentis considerauerit. Vnde potest probari primo experientia, quia adhuc non est inuentus homo, qui omnes scientias naturales simul fuerit assecutus, vel sine falsis opinionibus tam in naturalibus, quam in moralibus. Quod argumentum non tantum probat hoc non posse fieri per solas vires naturæ, sed etiam ordinarie non dari gratiam, quæ ad effectum hunc sufficiat. Ratio autem prioris partis, seu de omnium veritatum cumulo est, quia hæc veritates sunt innumeræ: imo in Mathematicis in infinitum semper augeri possunt. Item nonnullæ illarum sunt difficillimæ ad inueniendum, & multæ indigent multo tempore, & labore & alioqui vita hominis breuis est, magnamque illius, seu temporis partem sibi vendicant ea, quæ sunt vite, vel proximis, vel communitati necessaria, & ultra hæc multa quotidie occurrunt extraordinaria impedimenta, ergo pensatis omnibus non potest homo suis viribus, & industria, vel diligentia

8.
1. Assertio
anterior de
claratio.

9.
2. Assertio
etiam com-
munis, quod
nec collectio
omnium ve-
ritatum nec
sine aliquo
errore haberi
teit probari
primo experientia,
quia adhuc non est
inuentus homo,
qui omnes scientias
naturales simul
fuerit assecutus.

Probatum de
collectione.

Probatu de
carentia er-
roris.

tia omnes veritates assequi, etiam naturales. Ratio autem alterius partis de carentia erroris est, quia homo discursu suo naturali pauca cognoscit evidenter, & quam plurima probabiliter, seu verisimiliter, & regulariter per solam rationem probabilem, & auctoritatem humanam profert definitum iudicium; ergo tale iudicium est expositum de se falsitati; ergo naturaliter fieri non potest, quin in tanta multitudine iudiciorum non sæpe erret, nisi superiori auxilio custodiatur. Maxime, quia sæpe falsa sunt probabiliora veris.

10. Falso citan-
tur auctores
quidam con-
tra assertio-
nem.

Contra hanc assertionem referri solent D. Thomas. 2. d. 28. q. 1. art. 5. & ibi Durand. q. 1. & Caiet. 1. 2. quæst. 109. art. 1. & ibi Medina dub. 1. Veruntamen D. Thomas, & Durand. nihil contra hanc assertionem docent, tum quia non loquuntur de cognitione omnium veritatum naturalium collectivè sumptarum, & sine errore, sed indefinite de veritatibus naturalibus, vel ad summum distributive, & diuise de quacunque: tum etiam quia non loquuntur generatim de quacunque gratia, sed de lumine infuso, vel de habitu superaddito naturæ, nos autem non requirimus hanc gratiam, etiam ad omnes has veritates cognoscendas, sed aliquod speciale auxilium prouidentia Dei. Medina vero tantum abest, quod repugnet, ut porius in eodem primo dubio ad 2. expresse dicat, necessarium esse speciale auxilium, ut homo cognoscat veritates naturales sine admisione erroris. Solum Caietanus videtur posse in contrarium induci, quia dicit, hominem peccando non incurrisse vulnus ignorantia quoad cognitionem speculatiuam virtutum naturalium. Sed in hoc Caietano non asferentimur. Vt infra dicam.

11. De statu et
iam pura
natura pro-
cedit asser-
tio.

Ex quo colligitur conclusionem hanc etiam in pura natura habuisse locum, quia ratio facta, & principium supra positum, quod in illo statu non haberet homo maiores vires ad cognoscendum, quam nunc habet, eodem modo procedunt. Dices: ergo necessaria fuisset homini gratia in illo statu, ut in naturalium veritatum cognitione non erraret: ergo danda illi fuisset ex vi prouidentia tunc debita, quod repugnat superius dictis. Probatu autem consequentia, quia pertinet ad prouidentiam auctoris naturæ, ut illi non desit in necessarijs sibi in tali ordine, & statu.

Responsio.

Respondeo nihilominus negando secundam consequentiam, quia non oportet, talem hominem in hac vita vel nunquam decipi, vel omnia naturalia cognoscere.

Replicæ.

Sed contra, quia homo habet naturalem appetitum ad cognoscendam veritatem, & hæc omnia naturalia: ergo posset hic appetitus satiari in homine existente in pura natura, alias videretur natura deficere in necessarijs. Respondeo appetitum naturalem proxime esse ad singulos actus, & consequenter ad collectionem. Vnde satis est, ut quilibet actus possit naturaliter haberi, & ut successio eorum duret, & consequenter scientia rerum naturalium augeatur, quantum & vitæ humanæ conditio tulerit, & naturales causæ ministrauerint. Sicut materia prima est capax omnium formarum, & tamen naturaliter non omnes recipit, nec simul, nec successiue.

12. Ratio pro as-
sertione non
repugnat co-
tra secundam

Tandem obijci potest ratio facta in priori assertionem, nam videtur huic repugnare, quia lumen naturale est de se principium sufficiens scientiæ, necessarium ad totam hanc veritatum collectionem assequendam, tum etiam ad contrarium errorem vitandum. Respondetur, non esse parem rationem in collectione, quæ est in singulis, quia licet ex parte principij per se, quod est lumen intellectuale, sit æqualis ratio, ex parte phantasmatum, seu propositionis obiectorum, & impedimentorum, quæ occurrere possunt, est valde diuersa, quia circa vnum, vel alium actum facile occurrit commoditas habendi illum, & impedimentum non in singulis occurrunt, quod secus est in tota collectione, ut per se constat. Et ex eadem radice provenit, ut omnem omnino vitare errorem difficilli-

sum, & humano modo impossibile sit, etiam si in singulis illa difficultas non occurrat.

Secundo ex dictis constat, etiam hominem lapsu in statu gratiæ constitutum non posse per vires naturæ hanc perfectionem cognitionis naturalis assequi. Quia gratia sanctificans, nec per se auget virtutem naturalem cognoscendi, neque prædicta aufert impedimenta. Vnde nec ordinaria prouidentia, vel auxilium gratiæ ad hoc sufficit, nisi homo alio extraordinario, & accommodato modo adiuuetur. Quod satis experientia constat. Et ratio est eadem, quia gratia sanctificans, etiam cum ordinario auxilio non sanat omnes infirmitates naturæ, nec aufert totum ignorantia vulnus, & (ut supra dicebam) ex se non dat facilitatem ad actus ordinis naturalis, sed eleuat potentias ad superiores actus. Manet ergo nunc in homine iusto eadem impotentia ad consequendas omnes veritates naturales, quæ in homine puro, vel in homine in peccato originali, aut mortali existente inuenitur.

Sed quid de homine in statu innocentia, vel naturæ integræ? Respondeo, quod attinet ad carentiam erroris, iam supra diximus habuisse priuilegium, ut durante illo statu, & iustitia, decipi non posset per sensum falsum, quod priuilegium ostendimus fuisse gratuitum, ac subinde gratiam. Quod vero attinet ad cognitionem omnium veritatum naturalium collectivè, incertum est, an Deus omnibus hominibus in eo statu daret omnes scientias harum veritatum infusas per accidens, ut vocant, eas enim dedisse Adamo probabile est, de posteris autem eius nihil est certum; tamen si eas haberet per infusionem, sciret quidem omnia saltem in habitu, non tamen sine dono gratuito quoad modum habendi illas. Sicut verisimilius est, animam Christi Domini nouisse omnia etiam naturalia à principio conceptionis. Si vero homines tunc non haberent has scientias infusas, sed oporteret propria industria inquirendo, vel ab alijs discendo, eas acquirere; multo quidem plura cognoscere possent tunc homines, quam nunc valeamus, vel quam homines in pura natura, quia non haberet corruptibilis corporis, & huius vitæ impedimenta, & à parentibus per traditionem, & disciplinam possent, amplius iuari. Nihilominus verisimile est, non potuisse, vnum hominem etiam in eo statu omnes scientias naturales simul perfecte assequi, quia in eis quoddammodo in infinitum procedi potest, & tempus vig non esset tunc diuturnum, ut credi potest, & homines etiam tunc indigerent cibo, & somno, & exercitatione corporis, maxime vero si in Dei contemplatione, & rerum æternarum meditatione exercerentur; hæc autem omnia speculationem, præsertim rerum inferiorum impediunt. Vnde D. Tho. 1. p. 4. 101. artic. 1. solum dicit homines in statu innocentia non fuisse nascituros perfectos in scientia. Sed eam (ait) processu temporis absque difficultate acquisissent inueniendo, vel addiscendo. Et ad 3. ait, potuisse in eo statu plenius scire vniuersalia principia iuris, & aliarum rerum; de plenitudine autem scientiarum nihil dicit. Alia vero ratio est de anima separata; si enim inueniretur sine peccato, & in pura natura, credibile est, habituram fuisse omnem naturalem scientiam per species quasi connaturaliter inditas, de quo alias.

Dico tertio. Quoties gratia specialis ad veritates naturales cognoscendas, vel deceptionem in ea materia vitandam, datur, propter Christum datur, unde non solum est gratia Dei, sed etiam gratia Christi. In hac assertionem de facto loquimur, non de possibili; hoc enim posteriori modo rem considerando, manifestum est, posse Deum hanc gratiam sine respectu ad Christum donare, sicut & quamcumque aliam. Vnde in statu puræ naturæ, id est, in quo humana natura non esset ordinata ad finem supernaturalem; nec alia dona supernaturalis gratiæ reciperet, posset Deus illi conferre hoc donum scientiarum, vel auxili-

13. Procedit se-
miter de
statu gratiæ
post lapsum.

14. Statu inno-
centia donum
gratiarum
continebat
quoad car-
itatem omni-
um erroris, qui
ad collecti-
onem vero em-
nitium veri-
tatum etiam
naturalium
res interiora
est, verisimi-
liorque parti
negatiua.

15. In statu
de Anima
dicitur anima.

15. Assertio.
Non solum
gratia Dei,
sed Christi
ascenda est,
que datur
ad vitandam
naturalem
cognosca-
das, vel erro-
res vitandos.

lum speciale ad naturales veritates cognoscendas: & tunc non esset ex gratia Christi. Imò neque esset proprie gratia supernaturalis ordinis, sed esset donum gratuitum, & liberale vltra naturæ debitum, ordinatum tamen ad perfectionem merè naturalem, sicut de integritate naturæ supra dicebamus. Et similiter in statu innocentie potuit hoc donum dari sine respectu ad Christi meritum. Prout nunc verò datum est, vel dandum esset, si status ille duraret, ita de illo dono, vel speciali auxilio censendum est, sicut de gratia sanctificante, & de tota originali iustitia, tum quia esset velut pars, seu proprietates quædam iustitiæ originalis, tum etiam quia in eo statum datum est in ordine ad finem supernaturalem, & vt de se vtile, & conferens ad perseverandum, & proficiendum in sanctitate supernaturali, vt mox explicabo. Ideoque qui censent, gratiam in illo statu non esse datam per Christum, idem dicent de hoc dono: ego verò contrarium censo probabilius de prima gratia Adæ, & de tota iustitia, quæ in illo statu data est, vel danda fuisset, si durasset, vt in 3. p. probavi, & ideo consequenter idem existimo de hoc dono, seruata proportione ad præsentem statum.

timate ad gloriam Dei referantur: ergo etiam in genere meriti omnia dantur propter Christum.

Et hinc facilius probatur pars altera, quia omne auxilium speciale datum in ordine ad maiorem sanctitatem recipientis, est ex meritis Christi, vt in 3. p. late probatum est; sed hoc donum sub illo respectu spectatum est auxilium speciale ad propriam sanctificationem ordinatum; ergo est ex meritis Christi. Confirmatur, quia omnis occasio bene operandi specialiter à Deo prouisa in ordine ad salutem æternam, est gratia per Christum; sed illud auxilium est plus, quam occasio bene operandi, & vt supponitur, datur propter propriam sanctificationem, & vt per illud homo excietur ad maiorem Dei amorem, & laudem; ergo est ex Christo. Denique confirmatur, quia quidquid in hoc genere desiderari potest, rectè, & conuenienter per Christum petitur: sic enim Ecclesia pluiam, & salutem per Christum petit, supponens, hæc omnia, vt cadunt sub prouidentiam supernaturalem, cadere etiam sub Christi meritum. Neque obstat, quod homo interdum male vtatur simili gratia Dei, quia hoc non impedit, quin per Christum, & propter finem supernaturalem detur, vt per se constat, & soluendo argumenta magis patebit.

18.
Probatur à fortiori dari etiam in ordine ad sanctitatem recipientis.
Confirmatio.

2. Confirmatio.

19.
Ad fundamentum positum in n. 1.

Ad secundum.

Ad tertium.

20.
Reijcitur Caietani distinctio.

16. Loquendo ergo de facto, & de præsentem statu naturæ lapsæ, aduerto vterius, donum illud dupliciter posse considerari, videlicet, in ratione gratiæ gratis datæ, vel in ratione auxiliij, quod reduci possit ad ordinem gratiæ gratum facientis. Primum habet tale donum quasi ex se, quia donum hoc, seu speciale auxilium ad has veritates cognoscendas non est naturæ debitum, vt supra probatum est, est ergo gratia, & de se non est gratum faciens, vt proximè diximus, imò ex vi proprij, & immediati effectus non perficit hominem in ordine ad supernaturalem sanctitatem; ergo ex se non spectat ad ordinem gratiæ gratum facientis; ergo est gratia gratis data. Nihilominus tamen potest pertinere ad illum ordinem ex relatione conferentis, quia videlicet, ad hoc illud donat, vt per illud crescat recipiens in sanctitate, vel facilius peccata vitando, vel ex creaturarum cognitione Deum magis laudando, & amando. Sic enim etiam bona temporalia cadunt sub meritum, & inter auxilia gratiæ interdum computantur. Dico ergo, sub vtroque respectu dari hanc gratiam propter Christum, & verisimilius esse, semper dari propter alterutrum, vel propter vtrumque.

17. Primum patet, quia Christus Dominus non tantum meruit nobis gratiam sanctificantem, sed etiam gratis datâ, vt clarum, & certum est de dono linguarum, gratia sanitatum, & similibus. Responderi potest, hoc esse verum de illis gratijs gratis datis, quæ ad commune Ecclesiæ bonum ordinantur, non verò de gratijs gratijs priuatis (vt sic dicam.) Sed contra: nam etiam donum scientiarum dari potest propter commune bonum Ecclesiæ; imò existimo, si alicui datum est, propter hunc finem maximè collatum esse. Exempla esse possunt in dono scientiæ, vel artis dato Beseleel, & Olibi Exod. 35. & sequentibus, & de scientia infusa Salomoni. 3. Regum 3. vbi videri potest Abulens. q. 10. Item aliquibus Sanctis verisimile est datum esse speciale auxilium ad scientias naturales perfectius addiscendas, propter bonum commune Ecclesiæ, imò de Aristotele aliqui existimant specialiter fuisse à Deo adiutum in ordine ad bonum Ecclesiæ futurum. Quin etiam in vniuersum credibile est, huiusmodi dona, quæ supernaturali modo dantur, licet in se sint naturalia, semper dari propter altius bonum, & commune, sicut de illuminatione cæci nati Christus dixit. Ergo longè verisimilius est, talia dona semper propter Christum dari, quia semper fiunt propter finem gratiæ, & propter hominum salutem, præsertim ea, quæ supernaturali modo fiunt. Vnde Paulus ad fideles dicebat 1. Cor. 3. Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus verò Dei. Sentiens omnia hæc dona ad Christi gloriam nobis dari, licet cum Christo ipso omnia vl-

Pars I.

V

culta-

cultatam in cognitione veri ad hoc vulnus pertinere. Constat autem ex dictis hanc difficultatem, & debilitatem etiam in speculatiuis post peccatum inueniri. Item 1. p. q. 94. art. 1. & q. 101. art. 1. ait hominem in statu naturæ integræ iuuandum fuisse per originalem iustitiam ad cauendos errores, etiam in scientijs speculatiuis, & ad earum perfectionem. Ergo earum imperfectiones, & errores, quæ nunc patiuntur, ex originali peccato prouenerunt, ac proinde ad vulnus ignorantie pertinent. Et hinc responsum est ad quartum: iam enim facilis est differentia inter singulas veritates per se spectatas, & omnium cognitionem; est enim longe difficilior cognitio omnium, quam singularum, quia impedimenta, quæ in discursu vitæ offeruntur, non in singulis actibus occurrunt.

21.
1. Pars fundamenti 2. sententia soluitur.

Ad fundamentum secundæ sententiæ quoad priorem eius partem de prouidentia necessaria, vt homo possit quæcumq; veritatem cognoscere, respondeo, illam prouidentiam pertinere ad ordinem naturæ, non gratiæ, etiam ordinis naturalis (vt alij loquuntur) quia re vera non est gratuita omnino, sed naturæ debita, & quoad aliquas veritates est physice necessaria; præsertim ad illas, quæ in indiuiduo per experientiam cognoscuntur; vt hunc esse hominē, aut ignem, & similia. Illa ergo cognitio non est donum gratiæ. Alias nullum est donum naturæ, quod gratuitum non sit, & gratia dici debeat, etiam corporis sanitas, & integritas membrorum, & similia, quæ neq; aduersarij concedent, sunt enim absurda. Sed de hac re latius in sequentibus capitibus dicam.

22.
Soluitur 2. pars dicti fundamenti.

Ad alteram partem, in qua supponitur, nihil nobis Christum meruisse, nisi illud, pro quo mortuus est, respondeo falsum esse, quod assumitur: nam Christus Dominus multa habuit merita per alios actus distinctos à morte, & ex se independentes ab illa. Item meruit Angelis, etiam si proprie non sit mortuus pro illis, & idem est de gratia Adami in statu innocentie. Ad do etiam, per ipsam mortem aliqua potuisse Christum mereri, propter quæ sola non moreretur, neque nunc proprie dici potest, propter illa mortuum esse. Sicut sibi meruit per mortem exaltationem nominis sui, quamuis propter suam gloriam mortuus non sit. Nam illa particula, *propter*, dicitur & occasione, & proprium motiuum, ex quo orta est mors Christi. Sic autem occasio tantum sumpta est ex lapsu hominis, & propria ratio motiua fuit redemptio eius, non vero exaltatio nominis Christi, quam alijs actibus potuisset mereri, & de facto etiam meruit, licet ex ordinatione diuina speciali modo illam per mortem meruerit. Postquam enim illa mors propter alium peculiarem finem ordinata est, meritum eius valere, & ordinari potuit ad plures alios effectus gratiæ, qui per se fieri possent, etiam si peccatum hominis, & mors Christi non intercederet. Sic ergo dici potest de illa gratia gratis data ad veritates cognoscendas, maxime quia, vt dixi, hæc ipsa gratia non datur sine aliqua relatione ad spiritualem salutem lapsorum hominum, quod satis est, vt possit esse effectus redemptionis, & mortis Christi.

CAPVT II

Vtrum ad omnem moralem cogitationem rectam, & honestam sit necessaria gratia?

2.
Expeditur sensus questionis.

Hæc quæstio tractari solet de cognitione practice vera in moralibus actionibus, & in re idem est sensus, tamen quia sub quæstione est, an voluntas possit moueri ad actum honestum per solum iudicium practicum, vel etiam per cognitionem speculatiuam, ideo non vsi sumus illa voce, vt ab hac quæstione abstraheremus. Est ergo sensus quæstionis. An sine gratia possit intellectus iudicare, vel cognoscere

aliquid eo actu, qui mouere, & inducere voluntatem ad actum moraliter bonum efficiendum, sufficiat? Hunc ergo actum vocamus cogitationem rectam, & honestam, quæ ita denominatur, non quia in se habeat formalem bonitatem moralem, hoc enim ad voluntatem spectat, sed quia applicat obiectum modo sufficienti, vt voluntatis actus honestus sit.

De hoc igitur actu est prima opinio, affirmans esse gratiam Dei necessariam ad quæcumque cognitionem huiusmodi, etiam si sit de obiecto, & actu mere naturali. Ita tenet Greg. in 2. dist. 28. quæst. 1. artic. 2. concl. 2. & d. 29. quæst. 1. artic. 2. Capreol. dist. 28. artic. 3. ad argument. contr. 1. Con. & in hoc sensu dicunt, ad cognitionem practicam esse necessariam gratiam. Non enim loquuntur de practico in omni materia, nam in materia actus constat, posse haberi cognitionem veram per solas vires naturales; nam est eadem ratio, quæ de cognitione speculatiua. Loquuntur ergo de practico in materia morali. Item non loquuntur de hac cognitione vniuersali, prout habetur per synderesim, & philosophiam moralem, nam illa etiam æquiparatur speculatiuæ cognitioni, quia re vera speculatio est. Loquuntur ergo de cognitione morali in particulari, & cum omnibus circumstantijs prout necessaria est ad honeste operandum. Et hoc sensu tenuit eandem sententiam Gaspar Cassalius lib. 1. de Quadrip. iustit. cap. 32. Probatum autem primo hæc sententia ex illo 2. Corint. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Et Psal. 93. *Deus scit cogitationes hominum, quia vanae sunt.* Illa scilicet, quæ ex se, & sine gratia habent, & Gen. 6. *Videns autem Deus, quod cuncta cogitatio hominis intenta esset ad malum omni tempore.* Vnde 2. Paralip. 20. dicitur, *Cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros dirigamus ad te.*

Secundo afferuntur loca Conciliorum supra citata, quia de practica cognitione loqui videntur. Dicit enim Concilium Mileuit. cap. 4. *Vtrumque esse donum 2. Argum. 2. Dei, & scire quid agere debeamus, & diligere vt faciamus; Concil. Similia habet Araucanum cap. 9. & 22. vbi non solum iustitiam, sed etiam scientiam, quæ illam generat, dicit esse ex gratia. Tertio eodem modo loquitur sæpe August. præsertim epist. 105. *Nemo (inquit) recte sapit, recte intelligit, nisi qui donum intellectus, & consilij acceperit.* Similia habet lib. 1. de Gratia Christi, cap. 28. & sæpe alias. Expressiusque videtur hoc docere de homine Iapso Fulgen. lib. de Incar. & Grat. c. 12. & 13. ait enim, *Hominem peccando, facultatem recte cogitandi amississe.* Quarto adducuntur varie rationes sumptæ ex 4. Ex variis necessitate orationis, & ex difficultate operandi bonarationibus, num, de quibus latius in sequentibus. Vna ergo tantum videtur ratio propria huius loci, quia talis cogitatio honesta est actus prudentiæ, non potest autem homo suis viribus sine diuina gratia esse prudens, iuxta verba diuinæ Sapientiæ, Prouerb. 8. *Meum est consilium, mea est prudentia;* ergo nec talem cogitationem habere.*

Secunda opinio referri potest quorundam, qui in intellectu practico distinguunt duos actus, vnum iudicij de re agenda, an expediat, nec ne? Alium imperij, quo intellectus efficaciter mouet voluntatem, vt velit, dicuntque actum iudicij posse haberi sine speciali gratia, non solum proprie supernaturali, sed etiam ordinis naturalis, iuxta explicationem superius datam, & propter rationes capite præcedenti adductas. De actu vero imperij contrarium docent, nimirum, non posse sine gratia haberi. Mouenturque fortasse, quia existimant, voluntatem non posse efficere actum honestum per solam naturalem motionem, & ideo inferunt, tale imperium debere esse ex gratia, quia posito tali imperio, necessario sequitur actus honestus voluntatis. Neque multum ab hac differt aliorum opinio, quæ hic potest tertio loco referri. Aliter enim distinguunt de cogitatione practica honesta

1. Opinio proponitur & respondetur.

Etius arguitur Scriptura.

3.

2. Argum. 2. Dei, & diligere vt faciamus; Concil.

3. Ex Parib.

4. Ex variis necessitate orationis, & ex difficultate operandi bonarationibus.

4. Opinio distinguunt de cogitatione practica honesta, & imperio.

1. Opinio distinguunt de cogitatione practica honesta